

Sed jam CHARE tuis & nos applaudimus ausis
MOTZFELDI, soboles stemmatis egregij!
Bardocucullæ qui dogmata putrida turbæ
Ocyus obscuram cogis adire styga,
Proq; Deo verboq; Dei fidentior audes
Hæreticos jæculis fundere vulnificis,
Hinc sua Leucorides tollunt jam lumina Divæ,
Concipiuntq; sacræ semina lætitiæ,
Semper & ingenuo bona fata precantur Alumno,
Virtus accessu crescat ut aucta novo,
Maçte his ô votis, proles ô edita coelo!
Maçte tuo studio! maçte tuo Genio!
Egredere ingenij metas, da laxa furori
Froena sacro, & famæ perge studere tuæ,
Grandævumq; tuum virtutibus exprime Patrem,
Exemplar gravium dulce decusq; virum.

*Amico suo integerrimo, & contubernali
olim suavissimo in jucunda conversationis
& amoris perennaturi tesseram
deproperabat*

Johannes Janus VViburgo Danus,
Stipend. Windstrupio - Reseniani
Alumnus.